

*GN.* dum haec loquimur, interrealoci ad macellum ubi 255  
advenimus,

25 concurrunt laeti mi obviam cuppedenarii omnes,  
cetarii lanii coqui fartores piscatores,  
quibus et re salva et perdita profueram et prosum saepe:  
salutant, ad cenam vocant, adventum gratulantur.

ille ubi miser famelicus vidēt mi esse tantum honorem et 260  
30 tam facile victum quaerere, ibi homo coepit me obsecrare  
ut sibi liceret discere id de me: sectari iussi,  
si potis est, tamquam philosophorum habēnt disciplinae ex  
ipsis

vocabulā, parasiti ita ut Gnathonici vocentur.

*PA.* vidēn otium et cibu' quid facīt alienu'? *GN.* sed ego 265  
cesso

35 ad Thaidem hanc deducere et rogare ad cenam ut veniat?  
sed Parmenonem ante ostium Thaini' tristem video,  
rivali' servom: salva res[es]t. nimirum hic homines frigent.  
nebulonem hunc certumst ludere. *PA.* hisce hoc munere  
arbitrantur

suām Thaidem esse. *GN.* plurima salute Parmenonem 270  
40 summum suom impertit Gnatho. quid agitur? *PA.* statur.

*GN.* video.

num quid nam hic quod nolis vides? *PA.* te. *GN.* credo;  
at numquid aliud?

*PA.* qui dum? *GN.* quia tristi's. *PA.* nil quidem. *GN.*  
ne sis; sed quid videtur